Quid abhac metuiſ. Pi quid ego metuam rogitaſ· homo aduleſcenſ
Penetrare huiuſmodi in paleſtram ubi dannis deſudaſcit
Ubi pro diſco dannum capiam pro curſura dedecus
ba Lepide memoras· Pi ubi ego capiam pro machera turturem.
Ubique imponat in manu aliuſ mihi pro ceſtu cantharum
Pro galea ſcafium. pro inſigni ſit corolla plectilis·
Pro haſta talus· pro lorica malacum capiam pallium
Ubi mihi pro equo lectus detur. Scortum pro ſcuto accub&
Apage a me apage. ba ah nimium ferus eſt. Pi mihi ſum. ba malaciſandus eſ
Equidem tibi do hanc operam. Pi at nimiū p̄tioſa eſ operaria
ba Simulato me amare· Pi utrum ego iſtuc iocon adſimulem an ſerio·
ba Eia hoc agere melius mileſ quom huc adueniat uolo
Me amplexari qdem opuſ eſt ut ille te videat uolo
Scio quod ago· Pi et pol ego ſcio qđ metuo· ſed quid ais. Ba quid eſt·
Pi Quid ſi apup te ueniat deſubito prandium aut potatio.
Forte aut cena ut ſol& in iſtis fieri conciliabulis.
Ubi ego tum adcubiam· ba apud me mi anime ut lepiduſ cū lepida accub&
Locus hic apud noſ quaviſ ſubito uenias ſemper liber eſt
Ubi tu lepide uoleſ eſſe tibi mea roſa mihi dicito·
Dato q bene ſit· ego ubi bene ſit t' locum lepidum dabo
Pi Rapidus fluuius eſt hic: non hac temere tranſiri poteſt
ba Atque ecaſtor apud hunc fluuium aliquid perdundum eſt tibi:
Manum da: conſequere. Pi aha minime. ba quid ita
Pi Quia iſtoc illecebroſius fieri nihil poteſt nox mulier· vinum
Homini aduleſcentulo· ba age igitur equidem
Pol nihili facio n̄ cā tua ille quidem hanc abduc&
Tu nullus adfueriſ ſi non lub&· Pi ſum ne autem nihili
Qui nequeam ingenio moderari meo· ba quid ē qđ metuas·
Pi Nihil eſt nunc ego mulier t' me emancupo tuuſ ſum t' dedo operam
ba Lepiduſ eſ nūc ego te facere hoc uolo ego ſorori meę cenā hodie
Dari uolo uiaticam· ego tibi argentum iubeo iam intus efferi foras.
Tu facito ſit nobiſ obſonatum opulentū obſonium·
Ego obſonabo· nam id flagitium meum ſit mea te gratia
Et operam dare mihi· & ad eam operam facere ſumptum de tuo
Pi At ego nolo dare te quicq̄ ſine· ba ſino quidem ſi lub&
Propera amabo· Pi prius hic adero q̄ te amare deſinam

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 93v – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/fr/fmb/cb-0138/93v)